totidemque omittant, Euclidem mihi persuasi sine ullo discrimine et *ἡ ὑπὸ τῶν ΑΒΓ* et *ἡ ὑπὸ ΑΒΓ* dixisse. in Theoninis *τῶν* satis plane additur; u. p. 82, 5, 6 (bis), 15; 112, 13, 14; 118, 4; 136, 22; 144, 8; 146, 25; 198, 8, 10; 202, 6; 210, 9, 12, 26; 212, 1, 20, 25, 26; 214, 1, 2, 3 (bis), 15, 16, 18, 19; 216, 1 (b); p. 54, 16, 18; 78, 16; 194, 5, 6 (a). omittitur p. 72, 6; 82, 15; 86, 15; 88, 11; 212, 22 (b); p. 56, 8 (a). quod in Theoninis p. 142, 1; 214, 15, 17 (b); p. 176, 4; 182, 2, 3; 230, 3 (a) *τῆς*, p. 114, 18; 130, 2; 156, 6; 172, 16 *τήν* additur, non est ponendus in culpa Theon. reliquos locos, ubi articulus siue a Theone siue a librariis temere uel additus uel omissus est[1]), praetermitto, neque ad me pertinere arbitror, reliqua exempla neglegentiae et temeritatis librariorum congerere.

Exemplis, quae adtuli, luculentissime comprobatur, Theonem non solum in omni genere additamentorum paene dixi delectatum esse, uerum etiam breuitatis cuiusdam studio abreptum non pauca omisisse. restant autem aliae omissiones, quarum magna pars Theoni deleganda est. Euclides quidem ea, quae in propositione uniuerse expressit, in expositione ad certas figurae litteras referre solet. Theon interdum in expositione quoque uniuersam ac minus distinctam significationem ita praetulit, ut aliquid omitteret, uelut p. 134, 15 *τὰς πρὸς τοῖς Α, Δ*, p. 22, 24 *τὸ ΑΓ* et lin. 25 *τὸ ΒΔ*, p. 8, 5 *ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ*, p. 46, 18 *Ε*. nec dissimiles sunt illae omissiones, quas p. 24, 8 et p. 200, 8; 210, 10 in Theoninis deprehendimus. praeterea Theon p. 170, 20 *μιᾶς* superuacaneum esse iudicauit; eadem de causa p. 46, 15, 23; 48, 1 *τῇ θέσει* deleuit, p. 110, 8, 13; 112, 23; 114, 5, 18 *τῷ εἴδει* speciei ratus notionem in sequenti *εἶδος* satis expressam esse. contra p. 90, 2; 104, 21; 110, 24; 150, 4; 206, 10 librariorum culpa manifesta est. idem dici sane licet de p. 98, 17, ubi *καὶ τῷ μεγέθει* in b deest, cum probabilitate quadam etiam de p. 98, 23. sed p. 106, 1, 22 omissionem Theoni imputauerim. idem nescio an p. 154, 5 *τετράγωνον*, p. 120, 24; 184, 22 *ὀρθογώνιον*, p. 112, 20; 138, 23 *παραλληλόγραμμον*, p. 112, 1 *εἶδος* omiserit, etsi non ignoro, talia a librariis saepius et interpolari et omitti[2]). p. 18, 18

---

1) U. p. 134, 10, 14; 138, 18 (b) (cfr. p. 130, 15, 20); p. 14, 15; 16, 5, 7, 8; 22, 8 (a) et p. 142, 10 (b); p. 40, 25; 42, 2, 14; 48, 4 (cfr. p. 48, 16); 50, 1; 60, 20 (a).

2) Cfr. adp. crit. ad p. 116, 3 et ad uol. I p. 150 sqq.

διελόντι a Theone omissum esse potest, p. 170, 18 *καὶ συνθέντι ἄρα* non potest. p. 182, 13; 218, 2 *ἐπεί* Theoni ipsi, nisi fallor, displicuit, p. 80, 8 librarii culpa intercidit. p. 210, 9 Theon respexit ad p. 208, 9; eundem puto p. 138, 24 *πρότερον*, p. 148, 18 *πάλιν* deleuisse, item p. 70, 11 *ἴση*; de p. 154, 16; 182, 20; 230, 2, ubi idem adiectiuum in Theoninis omissum est, dubito. p. 64, 13 librarius peccauit, qui p. 24, 22 *ὅτι*, p. 48, 1 *ἔστω*, p. 162, 2 *ὡς*, p. 162, 23 *ἀνάλογον* omisit. neque uero quisquam p. 156, 15 et p. 116, 9, praeterea p. 158, 25, 26; 160, 1 culpam conferat in Theonem. reliquas intermissiones, ne longus sim, adferre supersedeo.

Uidimus Theonem in recensendis Euclidis uerbis parum constanter se gessisse; eadem inconstantia his quoque exemplis illustratur: p. 48, 14 *μή* addidit prospiciens fortasse ad p. 48, 25; 50, 18; p. 48, 3 [1]) non addiderat. p. 102, 13 *τῷ μεγέθει* desiderauit, p. 104, 11 non addidit. p. 116, 3 *τῶν πλευρῶν* mutauit in *τῆς πλευρᾶς*; in ecthesi illud reliquit. p. 120, 6 *τουτέστι* ei displicuit, etsi p. 118, 1 nihil eum offenderat. p. 146, 12 *ἐν* repetiuit, non repetiuerat p. 142, 7.

Quae cum ita sint, Theonem adparet in Datis recensendis non magis quam in Elementis edendis [2]) id secutum esse, ut ex optimis quibusque libris manu scriptis hunc librum talem ederet, qualis ab Euclide scriptus esset, nec quidquam sibi proposuisse, nisi ut eorum, qui Alexandriae, ubi etiam tum studia mathematica uigebant, disciplinae suae se dedidissent, desideriis ac studiis satisfaceret. cumque illi, priusquam ad Data progrederentur, Elementa pertractassent in mathematicaque longius processissent, non est, quod miremur, Theonem, qui quidem in Elementis ea, quae ab Euclide breuius explanata sunt, explere et augere soleat, in Datis satis saepe breuitatem quandam adfectasse, ita ut plura ab eo omissa aut pressa quam adiecta aut dilatata esse uideantur. qua in re etsi nimia licentia uersatus est, tamen negari nequit, recensionem eius nobis satis utilem esse, praesertim cum non paucis locis uera ac genuina uerba Euclidis eum seruasse constet. utinam contingat, ut quam proxime unus alterue codex re-

---

1) p. 46, 19 *δυνατόν* pro *μή* librario debetur; Theon post *δυνατόν* scripsisset *μεταπιπτέτω*.

2) U. uol. V p. LXXV.

periatur, quo Theonis recensio purior et incorruptior contineatur, ut uerius de eo iudicare possimus.

Sed iam ante Theonem manifestum est Datorum librum multis locis et erroribus deprauatum et interpolationibus inquinatum esse. documento sunt uitia ista, quae supra dixi omnium codicum communia esse quaeque ne a Theone quidem correcta esse uidimus. atque cum Data sine dubio iam ab initio in scholis tractarentur, magistri, ut solebant, sua quisque inculcauerunt. Apollonius quidem tres illas definitiones addidisse putandus est, quae uulgo sunt decima tertia, quarta, quinta quasque ad eum scholiasta tradit referri; u. schol. nr. 13 et cfr. app. schol. nr. 32. quae definitiones cum in omnibus codicibus legantur, Apollonii exemplar eorum fuit quasi archetypum [1]). demonstrationes autem alteras quominus Euclidi ipsi tribuam, cum causae uol. V p. LXXIX de Elementis adlatae obstant tum illud, quod earum et oratio et sermo a consuetudine Euclidea non paucis locis discrepat.

His amplioribus interpolationibus ea additamenta breuiora adiungo, quae Euclidis uerbis ante Theonem interposita esse statuerim: p. 86 uerba lin. 10 *ἐπεί* — 12 *δοθείς* molesta admodum sunt et id genus repetitionis ab Euclidis consuetudine abhorret. p. 90, 12 *ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς AZ ἀναγέγραπται* iam propter *ἐπειδήπερ* illud, quo glossatores causam addituri a mathematicis omissam uti solent, satis suspecta sunt; causam si Euclides addere uoluisset, sine dubio, ut solet, praemisisset. p. 124, 14—15 quoque additamentum *δέδοται γὰρ ἡ ὑπὸ BAΓ* glossatoris operam ita redolet, ut haec uerba Euclidi tribui nequeant. neque aliter iudico de p. 126, 3, ubi uix quisquam interpolatorem negabit scholiastae munere functum esse. idem dici sane licet de p. 172, 15—16 *ὀρθὴ γάρ*. atque p. 186, 12 *ἑκατέρα ἄρα τῶν HZ, HΔ δοθεῖσά ἐστιν* plane inutiliter, ne dicam inepte addita sunt. p. 220, 8—10 is, qui demonstrationem alteram dedit, ut nunc mihi persuasi, etiam *καὶ συνθέντι ἄρα τοῦ Δ — λόγος ἐστὶ δοθείς* scripsit, atque lin. 9 *λόγος* ante Theonem, quem uitium fugit, librarii errore inculcatum est. p. 150, 21—22 *ἔστι δὲ καὶ ὀρθογώνιον* nemo Euclidi adsignabit; utrum ante Theonem an post eum interpolata sint,

1) Apollonium *ἐν τῷ περὶ νεύσεων* et *ἐν τῇ καθόλου πραγματείᾳ*, qui libri perierunt, definitionem *τοῦ δεδομένου* dedisse testatur Marinus p. 234, 15 sq.

non audeo discernere. neque minus dubito de p. 152, 4—5, quoniam uerba lin. 3 *ἴση* — 6 *δοθείς* in b librarii incuria intercíderunt. sed manifestum est, locum a compluribus interpolatoribus inquinatum esse. nam ut illud *τετράγωνον γάρ* omittam, *σύγκειται γάρ* in primis eo loco, ubi deprehenditur, quid sibi uelit, non intellego, nec magis, quomodo ex iis, quae proxime antecedunt, efficiatur, rationem $AZ : E\Delta$ datam esse, id quod praeterea nulli hic usui est; u. p. 153 not. restant alii loci, quibus non mediocriter offendar, uelut p. 78, 6 *δέδοται* — 7 *μεγέθει*; p. 126, 16 *ἐχέτω* — 17 *δεδομένον*; sed codicum auctoritatem nimis labefactare nolim. de interpolationibus a Theone excussis supra dictum est. — p. 132, 20 *ἔστι* — 21 *δοθεῖσα* in adparatu cr. significaui fortasse interpolata esse. quod cur non adseuerauerim, duas potissimum habeo causas, unam, quod Euclides nullo, quantum memini, loco eodem breuitatis genere utitur, alteram, quod Theonem suspicor nihil fuisse mutaturum, si illa uerba in exemplari eius defuissent. cumque in communi fonte codd. PVat.v sine dubio margini supra ipsum scholium nr. 143 adscripta essent, non potest esse mirum, quod et librarius codicis Vat. existimauit, omissionis signum etiam ad uerba huius scholii pertinere, et librarius codicis v illud *ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΚΓΒ δοθεῖσα* partem eius esse interpretatus est.

Primus de Datorum libro Pappus accuratius exposuit atque in eo exemplari, quod in manibus habebat, propositionum numerum, si cum nostris codicibus contuleris, patet minorem fuisse. dicit enim uol. II p. 638, 1—640, 1 ed. Hultsch haec: *περιέχει δὲ τὸ πρῶτον βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν τῶν δεδομένων, ἅπαντα θεωρήματα ἐνενήκοντα· ὧν πρῶτα μὲν καθόλου ἐπὶ μεγεθῶν διαγράμματα κγ′, τὸ δὲ δ′ καὶ κ′ ἐν εὐθείαις ἐστὶν ἀνάλογον ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ιδ′ ἐν εὐθείαις ἐστὶν θέσει δεδομέναις· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς ι′ ἐπὶ τριγώνων ἐστὶν τῷ εἴδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ζ′ ἐπὶ τυχόντων ἐστὶν εὐθυγράμμων χωρίων εἴδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ς′ ἐν παραλληλογράμμοις ἐστὶ καὶ παραβολαῖς εἴδει δεδομένων χωρίων. τῶν δὲ ἐχομένων ε′ τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν ἐστιν, τὰ δὲ δ′ ἐπὶ τριγώνων χωρίων, ὅτι αἱ διαφοραὶ τῶν δυνάμεων τῶν πλευρῶν πρὸς ταῦτα τὰ τρίγωνα χωρία λόγον ἔχουσιν δεδομένον. τὰ δὲ ἑξῆς ζ′ ἕως τοῦ ο′ καὶ γ′ ἐν δυσὶ παραλληλογράμμοις, ὅτι διὰ τὰς ἐν ταῖς γωνίαις ὑποθέσεις ἐν δεδομένοις ἐστὶν λόγοις πρὸς ἄλληλα, ἕνια δὲ τούτων ἐπιλόγους ἔχει ὁμοίους ἐν δυσὶ τριγώνοις. ἐν δὲ τοῖς ἑφεξῆς ς′*

διαγράμμασιν ἕως τοῦ ο′ καὶ θ′ δύο μέν ἐστιν ἐπὶ τριγώνων, δ′ δὲ ἐπὶ πλειόνων εὐθειῶν ἀνάλογον οὐσῶν. τὰ δὲ ἑξῆς γ′ ἐπὶ δύο εὐθειῶν [ἀνάλογον οὐσῶν, τὰ δ' ἔστιν][1] *δοθέν τι περιεχουσῶν χωρίον. τὰ δὲ ἐπὶ πᾶσιν η′ ἕως τοῦ ϙ′ ἐν κύκλοις δείκνυται τοῖς μὲν μεγέθει μόνον δεδομένοις, τοῖς δὲ καὶ θέσει. [*ἀγομένων εὐθειῶν ἐστιν διὰ δεδομένου σημείου τὰ γενόμενα δεδομένα.]*[2])

Pappus igitur nonaginta propositiones habuit ac uidendum est, quas ex nonaginta quattuor[3]), quae in nostris codicibus inueniuntur, non habuerit[4]). atque in primis sexaginta duabus[5]) propositionibus Pappi summarium cum codicibus nostris concordat. ex propositionibus 63—66 unam non habuit neque alia esse potest nisi prop. 63, quae e prop. 49 facillime efficitur. sequuntur deinceps apud Pappum septem propositiones de parallelogrammis, in nostris autem codicibus sunt quinque, propp. 68, 69, 70, 73, 74. crediderim in exemplari eius propositiones 70 et 73 in binas diuisas fuisse et propositiones de triangulis (71, 72, 75) tamquam *ἐπιλόγους* numeris caruisse; miror, quod prop. 74 diuisa non erat. cum duae quae apud Pappum sequuntur propositiones *ἐπὶ τριγώνων* intellegi non possint nisi propp. 76 et 80, efficitur, in exemplari eius propp. 77 et 78 defuisse nec propositioni 79, quod reapse lemma est, numerum adscriptum fuisse. quattuor autem propositionibus *ἐπὶ πλειόνων εὐθειῶν ἀνάλογον οὐσῶν* in codicibus respondent tres propp. 81, 82, 83, et Heiberg (Studien p. 223) recte suspicatus est, in Pappi libro propositionem 81 in duas diuisam fuisse. reliqua cum antiquissimis codicibus et hac editione consentiunt: tres Pappi propositiones *ἐπὶ δύο εὐθειῶν* sunt propp. 84, 85, 86 et octo de circulis propp. 87—94. quodsi Pappi summarium numero propositionum a codicibus nostris dissentit[6]), omnium

---

1) *Ἀνάλογον — ἔστιν* del. Hultsch.
2) *Ἀγομένων — δεδομένα* del. Hultsch.
3) Quae uulgo est prop. 87, hic non numero.
4) U. Fabricius Bibl. Gr. IV p. 78 sq.; Heilbronner Hist. Math. p. 162; Heiberg Studien über Euclid p. 222 sq.
5) Uerba *τῶν δὲ ἐχομένων ε′ τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν ἐστιν* dubium non est quin ad prop. 62 referenda sint, quamquam concedo, *γραφόμενον* illud me parum intellegere (*τῶν γραφομένων*?).
6) In Sphaericis quoque Theodosii Pappus in propositionum numero cum nostris editionibus minus congruit; u. Pappus

codicum consensu facile quis adducatur, ut ille aut exemplari ea discrepantia iam ante deformato usus sit, aut ipse Datorum librum recensuerit[1]). sed cum Pappi fides permultum in hac re ponderis habeat et prop. 77 eadem sit ac prop. 54, prop. 78 autem nihil nisi casus quidam peculiaris prop. 62, id quidem pro certo sumendum est, propp. 63, 77, 78 non ab Euclide profectas ac potius post Pappum et ante Theonem interpolatas esse.

Nec post Theonem defuerunt, qui Datorum librum omni genere interpolationum contaminarent. ac primum quidem constat, eam propositionem, quae uulgo est 87, cum sequenti lemmate ab homine ratiocinationis sermonisque Euclidei satis perito primis post Theonem saeculis interpolatam esse. nam in antiquissimis et optimis codicibus aut deest aut in appendice una cum scholiis quibusdam uel in margine addita est (u. p. 220 not.). neque praetermittendum, in demonstratione nonnulla inueniri, quae nimiam diligentiam hominis docti de schola redoleant, uelut non fortuito factum est, ut, cum Euclides in rectangulis significandis promiscue atque sine ullo discrimine mediam litteram duarum rectarum communem et ponat et omittat dicatque et *τὸ ὑπὸ τῶν AB, BΓ* et *τὸ ὑπὸ τῶν ABΓ*, interpolator ille communem litteram omnibus locis reposuerit. accedit quod uerba p. 222, 28 *οὕτως γὰρ δοθὲν ἀφῄρηται* admodum suspecta sunt. denique tota propositio in codice P quidem multis compendiis scripta est, quae in ceteris partibus libri non occurrunt. alteram quoque demonstrationem prop. 19, quae in cod. a deest, post Theonem interpolatam esse puto. atque idem dicendum est de iis additamentis, quae in communi fonte codd. PVat.v deprehendimus; u. p. XVI. praeterea quaedam de iis, quae supra statui a Theone omissa esse, iis, qui post eum in interpolandis Datis oleum et operam perdiderunt, iure tribui licet.

Proclus miror quod p. 92, 2 sqq. ed. Friedlein, ubi scripta Euclidis commemorat, praeter Phaenomena etiam Data omittit. p. 235, 18—19 autem, quem locum Fabricius Bibl. Gr. IV p. 79

---

ed. Hultsch p. 610, 612, 616. idem in Euclidis Phaenomenis recensione ab ea, quae ad nos peruenit, diuersa usus esse uidetur; u. p. 601 not.

1) Pappum commentarium in Data scripsisse ueri simillimum est; u. Marinus p. 256 extr., quem locum Heiberg (Studien p. 173) iure negat ad Pappi Collectionem posse reuocari.

ad Datorum librum refert, non liber, sed ea intellegenda sunt, quae in hypothesi data sunt [1]). neque tamen negauerim, Proclum eius habuisse notitiam, praesertim cum notiones *τοῦ δεδομένου* et *τοῦ δεδόσθαι* illum non ignorasse doceant loci, quales sunt p. 205, 13 sqq.; 277, 7 sqq., cumque Marini commentarius testimonio sit, aetate eius Euclidis Data in scholis tractata esse.

Eutocium [2]) Datorum librum habuisse efficitur ex loco in Archimedem uol. III p. 214, 10 sqq. ed. Heiberg: *ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ἀκολούθως τῇ στοιχειώσει τῶν Δεδομένων δοκῇ συνάγεσθαι, λεχθήσεται.* neque dubium est, quin uerba p. 136, 6—8 *ἐὰν δὲ δεδομένον μέγεθος εἰς δεδομένον λόγον διαιρεθῇ, δέδοται ἑκάτερον τῶν τμημάτων* ad Datorum prop. 7 referenda sint, nec minus p. 140, 5—6 *τὰ γὰρ πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχοντα δεδομένον καὶ πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει* [3]) *δεδομένον* ad prop. 8, p. 212, 17—18 *ἐὰν δὲ δοθὲν παρὰ δοθεῖσαν παραβληθῇ, πλάτος ποιεῖ δοθέν* ad prop. 57, p. 220, 12—14 *ἐὰν δεδομένον μέγεθος πρός τι μόριον ἑαυτοῦ λόγον ἔχει δεδομένον, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν λόγον ἕξει δεδομένον* ad prop. 5. praeterea cfr. p. 194, 17 sqq.; 220, 15 sqq. al.

Post Eutocium etsi per totum medium aeuum pauca testimonia reperiuntur, quibus studium Datorum confirmari possit, tamen et codices illi in oriente scripti et scholia antiqua demonstrant, Euclidis librum illis temporibus non esse neglectum. proximus ab Eutocio testis Olympiodorus est, apud quem in commentario in Aristotelis meteorolog. II p. 150 ed. Ideler haec leguntur: *δέδεικται ἐν τοῖς Δεδομένοις, ὅτι, ἐὰν δύο σημεῖα δοθῇ τῇ θέσει, τουτέστιν ὁμολογηθῇ, καὶ ἡ ἐπιζευγνύουσα αὐτὰ εὐθεῖα δέδοται, καὶ λέγεται δεδόσθαι θέσει καὶ μήκει* [4]). *καὶ πάλιν ἐὰν ἄλλα σημεῖα δοθῇ καὶ ἡ ἐπιζευγνύουσα αὐτὰ εὐθεῖα, καὶ ὁ λόγος τῶν εὐθειῶν δέδοται, ποῖον λόγον ἔχει ἥδε πρὸς τήνδε*; aliud testimonium est scholium in Antholog. II p. 499 Dübner: *τὰ δὲ τοιαῦτα προβλήματα καλεῖ ἐν τοῖς Δεδομένοις*

1) Id monuit etiam Buchbinder Euclids Porismen u. Data p. 25.

2) U. Heiberg Philol. Studien zu griech. Math., Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. XI p. 364 sq.

3) Quod Eutocius hoc loco cum Theoninis *ἔχει* habet pro *ἕξει*, inde non collegerim, Theonis eum habuisse recensionem; uidetur enim Euclidis propositiones ex memoria protulisse.

4) U. prop. 26.

ὁ Εὐκλείδης δοθέντι μεῖζον[1]) *ἢ ἐν λόγῳ.* praeterea scholiasta V² in Elementorum librum quem ferunt decimum quintum Data bis adfert: et ad uol. V p. 58, 11 *δέδοται καὶ ἡ BΔ* et ad p. 60, 22 *τῆς BΔ δεδομένης* adnotat *διὰ τὸ μβ′ τῶν Δεδομένων Εὐκλείδου.* saeculi decimi quarti insignis testis est Theodorus Metochita, qui *Ὑπομνηματισμῶν* p. 108 ed. Kiessling inter Euclidis libros Data nominat. idem (Sathas *μεσαιωνικὴ βιβλιοθήκη* I p. *ργ′*) dicit, postquam Ptolemaei Almagestum adiisset, intellexisse se, eum sine interiore mathematicae cognitione legi non posse; deinde (p. *ρδ′*) pergit: *τούτου μοι τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ πόνου ἡ τῆς γεωμετρικῆς θεωρίας εἰς τέλος ἔρευνα, ὅση τε ἐν ἐπιπέδοις Εὐκλείδῃ στοιχειοῦται καὶ ὅση ἐν στερεοῖς, καὶ μὴν ἔτι καὶ ἅττα τῷ ἀνδρὶ προσεξείργασται ὀπτικά τε καὶ κατοπτρικὰ καὶ δεδομένα καὶ τὰ περὶ τῶν κατ᾽ οὐρανὸν φαινομένων, ὡσπερεὶ πρόθυρά τινα ταῦτα καὶ προαύλια τῶν ἐντὸς ἀπορρήτων τε καὶ ἀδύτων ἀστρονομίας.*

Sed redeundum est ad saeculum X, quo Data ad Arabes cum ceteris libris eius collectionis peruenerunt, quae a Graecis *ὁ μικρὸς ἀστρονομούμενος*[2]) adpellabatur et quae maior pars erat eorum librorum, quos Arabes uocabant intermedios[3]). ac primus quidem Ishac ben Honein saec. X Data interpretatus est; eam autem interpretationem breui post emendauit Thabit ben Corrah et saec. XIII recognouit commentariisque instruxit Nasiredin Tusi. de fonte huius interpretationis et de editorum subsidiis nihil certi adferre possum, cum codices ipsos adire mihi non licuerit; illud tamen uidetur ueri simillimum, Arabes recensione uulgari, non Theonis usos esse; u. Haji Khalfa Lexicon bibliogr. ed. Fluegel V p. 154 nr. 10511: ‘Euclidis liber datorum —. sunt nonaginta quinque figurae’, atque Nicoll et Pusey bibl. Bodleian. codd. mss. orient. catalog. II, ubi inde a p. 257 scripta enumerantur, quae codice 279 continentur, p. 260: ‘liber singularis Datorum Euclidis, cui schemata 95’.

---

1) Sic pro *δοθέντι οὕτως* (‘ambiguo compendio’ Dübner) legendum esse monuit Heiberg Studien p. 223; u. def. 11.

2) U. Pappus p. 474; Fabricius Bibl. Gr. IV p. 16; Cantor Geschichte d. Math. (ed. pr.) I p. 380.

3) U. Gartz de Euclidis interpr. et explan. Arab.; Wenrich de auct. Graec. uerss. et commentar. Syriac. Arab.; Steinschneider Zeitschr. f. Math. u. Phys. X p. 456—498 et XXXI hist. Abt. p. 102.

Datorum partem Latine interpretatus est Georgius Ualla, de expet. et fug. rebus XI, 20 (u. Heiberg Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. XII p. 394) atque praeter definitiones has habet propositiones: 1—14, 19, 24 cum demonstr. alt., 25, 26, 29, 31, 34, 39, 40, 43, 47, 48, 50, 52, 55 cum demonstr. alt., 58, 60, 61, 67—69, 71, 72, 74 (post prop. 77), 75—81, 85, 88—90. praeterea haec apud eum reperiuntur scholia: nr. 2 omissis uerbis *καί — διδάσκει* et nr. 3, 5, 6, 7 post def. 9, nr. 10 (post def. 11), 12 (post def. 12), 4 (post def. 15), 29 (post p. 10, 11 *ΔE*), 39 (post p. 14, 25 *δεδομένους*), 45 (inde a lin. 12—20 *λόγῳ*), 54 (usque ad lin. 23 *λόγος*), 58, 63 (post p. 26, 7 *δοθείς*), 67, 79 (post p. 44, 23 *αὐτῶν*); praemissis uerbis p. 192, 10 adp. crit. *ἑκατέρᾳ — τετραγώνῳ* nr. 78 inde a p. 280, 6 *πᾶσα γάρ* — 10 *δέδοται* et iterum nr. 79 post demonstr. alt. prop. 24; nr. 83 (post prop. 25), 90, 91, 99 (om. p. 285, 13 *ἤ — βελτίον*), 101, 112, 119, 120, 133, 138, 161. usus est autem cod. Monac. 361, priusquam ei adderetur pars chartacea; ubi Monac. tunc desiit, id est inde a prop. 81, recensionem Theoninam secutus est. nam ea omittit, quae p. XXII not. dixi in Monac. librarii neglegentia intercidisse; u. etiam p. 88, 15 *AB*] *AΓ* Monac., *ac* Ualla; p. 106, 4 *καὶ ἡ EB*] *ἡ KB* Monac., *kb* Ualla. ex parte Theonina hos locos adfero: p. 160, 14 *E*] *Δ* Theon, *d* Ualla; p. 160, 19 *μὲν A πρὸς τὴν Δ, τῆς δέ*] om. Theon, Ualla; p. 160, 23 *ἐστί*] *ἐστὶ καί* Theon, *est etiam* Ualla; p. 168, 8 *δοθεῖσαι ἄρα εἰσὶν αἱ AB, BΔ*] *δοθεῖσα ἄρα ἐστὶν ἡ AB* Theon, *data igitur est ab* Ualla; p. 168, 11 ante *δοθεῖσα* add. *ἔστι δὲ καὶ ἡ AB δοθεῖσα* Theon, *est autem etiam ab data* Ualla; p. 174, 13 *καί*] om. Theon, Ualla; p. 174, 17 *ἀπό* — 18 *περιφέρειαν*] *καὶ ἀπὸ τοῦ σημείου* Theon, *et a puncto* Ualla; p. 174, 21 *δοθέν*] *τυχόν* Theon, *ut uis* Ualla; p. 176, 3 post *γωνία* hab. *καί ἐστιν αὐτῆς διπλῆ ἡ ὑπὸ τῆς BΔΓ* Theon, *estque ipsius duplus qui sub bac* Ualla; p. 176, 6 *BΔΓ* — 7 *κύκλος*] *BAΓ· κύκλος· δοθὲν ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΓ· θέσει δὲ καὶ τὸ ABΓ κύκλος* Theon, *bac. circulus. datum igitur est dc. positione igitur etiam abc circulus* Ualla; p. 176, 13 *σημείου — δεδομένου*] om. Theon, Ualla; p. 176, 16 *τοῦ κύκλου*] om. Theon, Ualla; p. 178, 1 *ΔAΓ* (pr.)] *ΔΓA* Theon, *dca* Ualla; ib. *θέσει — ΔAΓ*] om. Theon, Ualla. quae scripturae cum omnes etiam in cod. Paris. 2352 inueniantur, nescio an hic Uallae in parte Theonina ad manus fuerit; obstare uidetur p. 168, 8 *EB*] *AB* Paris. 2352, *eb* Ualla. in priore parte eum hoc codice usum

non esse, docent loci quales sunt: p. 50, 12 *σημείῳ δεδομένῳ*] *σ. δεδομένη* 2352, *puncto dato* Ualla; p. 52, 23 *EΔZ*] om. 2352, *def* Ualla; p. 58, 10 *ΓΔ*] *Γ* 2352, *cd* Ualla; p. 78, 18 *δέδοται — εἴδει*] om. 2352, *atqui datum est deg triangulum specie* Ualla; p. 104, 15 *τῷ ΓΔ*] om. 2352, *dc* Ualla; p. 130, 6 *τὸ ΔΓ*] om. 2352, *dc* Ualla; p. 142, 21 *EH*] *EZ* 2352, *eg* Ualla. scholia sine dubio ex Monac. 361 petiuit; his enim locis cum eo solo congruit: p. 262, 5 *ι΄*] om. Monac., Ualla; p. 269, 16 *τὸ ΔB*] om. Monac., Ualla; p. 269, 19 *πρὸς τὸ αὐτὸ τὸ BΓ*] om. Monac., Ualla; p. 280, 12 *εἰ*] *ἐπεί* Monac., *quoniam* Ualla; p. 296, 17 *ΓΔB*] *ΔB* Monac., *db* Ualla; ib. *ἀπὸ τῆς AΔ*] Monac., *ex ad* Ualla; p. 297, 1 *ἴσον* (alt.)] om. Monac., Ualla; cfr. etiam p. 298, 7 *δοθήσονται*] om. Monac. (*σ*), Ualla; p. 304, 11 *Εὐκλείδου*] *τῶν στοιχείων* Monac. (*σρ*), *elementorum* Ualla.

Totum Datorum librum primus Latine edidit Bartholomaeus Zambertus Uenetiis 1505 [1]). qui etsi Euclidis scripta minus ad uerbum expressit quam Ualla, tamen dubitari non potest, quin eodem codice Monac. 361 usus sit [2]), cui tum et pars chartacea addita erat et non paucis locis duabus manibus medicina adlata. in Zamberti enim interpretatione ea desunt, quae Uallam supra dixi cum Monac. omittere; praeterea multis aliis locis Monac. et Zambertus conspirant, uelut p. 4, 13 *τὸ ὅλον*] *τὸ λοιπόν* Monac., *reliquum* Zamb.; p. 32, 14 *ἐπεί* — 15

---

1) U. de hac editione Weissenborn Die Uebers. d. Euclid d. Campano u. Zamberti p. 12 sqq.; Riccardi Le prime edizioni degli Elementi di Euclide p. 9 sqq.

2) Cod. Leid. 7, quem Zambertus ipse ex Monac. descripsit (u. p. XXIII), non potest esse interpretationis fundamentum, cum Datorum apographum post impressam interpretationem finitum sit; cfr. codicis subscriptio, quam p. XXIII dedi, cum his, quae apud Zambertum in fine Datorum totiusque libri leguntur: Impressum Uenetiis —. Anno reconciliatae diuinitatis M. D. V. VIII Kal. Nouembris (in fine praefationis Datorum: Uenetiis M. D. V. VIII Id. Sextilis). accedit quod, ubi Leid. a Monac. discrepat, Zambertus cum hoc, non cum illo consentit, uelut p. 86, 4 *ἔστω — ABΓΔE*] Monac., Zamb., *τὸ δεδομένον εὐθύγραμμον τῷ εἴδει τὸ ABΓΔE ἔστω* Leid.; p. 106, 23 *τὰ AB, ZH*] Monac., Zamb., *τὸ AB καὶ ZH* Leid.; p. 106, 24 *καί*] Monac., Zamb., *καὶ ἀμφότερα* Leid.; p. 118, 14 *ABΓ*] Leid., *AΓB* Monac., Zamb.

λόγῳ] om. Monac., Zamb.; p. 58, 22 *ΓB*] Monac., *cb* Zamb.; p. 106, 22 *τό* — 23 *ἐστί*] om. Monac., Zamb.; p. 106, 24 *τό* — 108, 1 *ἐστι*] om. Monac., Zamb.; p. 116, 11 *ΑΒΓ, ΓΔ*] *αβγδ* Monac., *abcd* Zamb.; p. 118, 14 *ΑΒΓ*] *ΑΓΒ* Monac., *acb* Zamb.; p. 134, 5 *καί* — 7 *δοθείς*] om. Monac., Zamb.; p. 140, 8 post *δεδομένον* schol. nr. 151 p. 301, 17 *ἡ* — 18 *δεδομένον* Euclidis uerbis interpositum hab. Monac., Zamb.; p. 174, 24 *ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΔ, ΔΓ*] *ἐπεζεύχθω ἡ ΔΑ* Monac., *connectatur da* Zamb.; p. 184, 18 *διά*] *ἀπό* Monac., *a* Zamb.; p. 208, 18 *ΓΑΔ* — 20 *τῆς* (pr.)] bis Monac., Zamb.; p. 210, 4 *τοῦ* — 5 *δοθείς*, p. 212, 11 *ἀπό* — 12 *τοῦ*, p. 216, 4 *καί* — 5 *δοθείς* om. Monac., Zamb. de Marino Zambertus in praefatione haec dicit: 'cumque ad manus nostras fortasse ex bibliotheca senatoria Marini philosophi et dialectici praestantissimi protheoria in data Euclidis constructa peruenisset, eam a me latinam esse censui faciendam'. secutus est igitur codicem Marcianum; utrum 301 an 302, diiudicare non possum; id constat, interpretationem eius cum scripturis m. 2 Vat. concordare; cfr. p. 234, 17 *ἀκτῖνας*] *εὐθείας* Vat. m. 2, *rectas lineas* Zamb.; p. 236, 1 *ἤ*] Vat. m. 2, *vel* Zamb.; p. 236, 2 *ἐκτιθέμενον*] *προτιθέμενον* Vat. m. 2, *propositum* Zamb.; p. 236, 14 *ἅμα*] om. Vat. m. 2, Zamb.; p. 236, 16 *γνώριμον* (alt.)] *τεταγμένον* Vat. m. 2, *ordinatum* Zamb.; p. 238, 9 *καὶ ἐλάττονος*] Vat. m. 2, *et minoris* Zamb.; p. 238, 11 *περιφέρεια*] *γωνία* Vat. m. 2, *angulus* Zamb.; p. 244, 15 *πρὸς τὴν πλευράν*] *πρ. τ. πλ. τοῦ τετραγώνου* Vat. m. 2, *ad costam quadrati* Zamb.; p. 252, 5 *ἅμα καὶ πόριμον*] om. Vat. m. 2, Zamb.; p. 252, 19 et p. 254, 5 Zamb. titulos hab. Vat. m. 2; p. 254, 15 *ἐξεπόνησεν*] Vat. m. 2, *elaborauit* Zamb. ex scholiis haec habet singulis propositionibus addita: nr. 1—4 et 13 (post deff.), 20, 25; 30 et 32 in unum coniuncta (post prop. 6), 39 (sic: aequa est ratio sicut in XVII diffinitione et XXII propositione V ele. patet), 40, 45 usque ad p. 269, 20 *λόγῳ* (praemittit: hoc est componendo maior quam in ratione) et continuo 48, 49, 54; deinde 58, 61, 63 (in fine: sicut patet per XIX quinti elem. et in diffinitionibus. componitur enim dato quod maior sit quam in ratione), 67, 68, 71 (*ὅπου — P* om.), 76, 78 (post demonstr. alt. prop. 24), 83, 90, 91, 93, 97 (in fine add.: per XII V elementorum), 99, 101, 104 (post prop. 53; in.: ostensum est in scholio XX propositionis); 108 et 109 in unum coniuncta, item 119 et 120; 125, 133, 138; 142 et 141 in unum coniuncta. ex scholiis appendicis haec

reperies: nr. 8, 19, 24 (ad demonstr. alt. prop. 67), 25; 30 et 31 in unum coniuncta, item 32 et 33, 38. de scholiis Zambertus post definitiones adnotat: quoniam in eo uolumine, ex quo Data huius modi transcripsimus in latinumque conuertimus, quod sane uetustissimum est, nonnullas adiectiones comperimus, quae, licet breues et concisae sint, quoniam ad Datorum intelligentiam plurimum conferunt, ut sese habent, sic eas sumus interpretati. et deprompsisse eum scholia e Monac., ex his locis adparet: p. 262, 5 *ι΄*] om. Monac., Zamb. (= Ualla); p. 268, 12 *ἐκ*] *γάρ* Monac., *enim* Zamb.; p. 269, 19 *πρὸς τὸ αὐτὸ τὸ BΓ*] om. Monac., Zamb. (= Ualla); p. 287, 20 *AΓHB*] *AHB* Monac., *agb* Zamb.; p. 296, 17 *ΓΔB*] *ΔB* Monac., *db* Zamb. (= Ualla); ib. *ἀπὸ τῆς AΔ*] Monac., *ex ad* Zamb. (= Ualla); p. 298, 17 *ΓBM*] *ΓBΛ* Monac., *cbl* Zamb.; p. 329, 2 *ἔσται σαφές*] Monac., *manifestum erit* Zamb.; cfr. etiam p. 276, 16 *ἐν τῇ προτάσει*] *ἐν τῇ πρώτῃ* Monac. (c), *in prima* Zamb.; p. 298, 7 *δοθήσονται*] om. Monac. (*σ*), Zamb. (= Ualla); p. 298, 17 *αἱ*] *δύο αἱ* Mon. (Vat.), *duo* Zamb.

Marini commentarium in praefatione dixi a Grynaeo Elementorum et Procli commentariorum editioni principi a. 1533 additum esse (p. 113—115). titulus est: *Περὶ δοθέντων συντόμως* (mg.: haec in ueteri exemplari reperta fini adiecimus), subscriptio: *τέλος περὶ δοθέντων*. p. 114—115 in summo margine: *Πρόκλου περὶ δοθέντων*. Grynaei codex similis fuit codicis Monac. 427; omittit enim cum eo p. 246, 26 *ἀναπεμπόμενον* — 254, 27 *ἐπιπέδου*. praeterea eas scripturas habet, quas p. XXXI dixi illius proprias esse. ex ipso Monac. Grynaei codex descriptus non erat; nam Grynaeus habet p. 240, 21 *ἐπιστ* πω* pro *ἐπιστήμη γὰρ αὐτοῦ οὔπω*, 23 **ρῳ* pro *ἐν πόρῳ*, ib. *π** pro *πόριμον*, p. 256, 14 *με* pro *μεγέθει*, quae omnia in Monac. facile legi possunt. ex ceteris scripturis Grynaei has adfero: p. 234, 6 *ἐπί* pro *περί*, 19 *ἀγαγόν τινα* pro *τινα ἐλθόν*, p. 236, 10 *γυμνόν* pro *νυνὶ δέ*, 11 *τήν* — 12 *ποιούντων* om.; p. 238, 25 *πάνυ ὡρισμένον* pro *γνώριμον*, 28 *τρισσῶν* pro *τῆς ὁδοῦ*, p. 254, 28 *πρῶτον* pro *κοινῶς*, p. 256, 24 *ὁ Πάππος* om.

Propositiones solas inter 'Euclidis omnes omnium librorum propositiones' Graece et Latine edidit Cunr. Dasypodius Argentinae 1571. eosdem errores habet quos Marciani 301 et 302, uelut p. 4, 7 *τοῦ ἐλάσσονος* pro *τοῦ δοθέντος*; p. 136, 9 *γωνιῶν ἃς ὑποτείνουσιν* pro *γωνιῶν*; p. 136, 10 *ποιῶσιν* pro *ποιοῦσαι*. cum p. 2, 19 *δέ*, quod in Marc. 301 omissum est, retineat,

usus esse uidetur Marc. 302. nec mirum est, quod his locis congruit cum Vat. m. 2: p. 34, 2 *ἐστιν*] *ἔσται* Vat. m. 2, Dasyp.; p. 184, 19 post *περιφερείᾳ* add. *τοῦ κύκλου* Vat. m. 2, Dasyp.

A. 1625 editio princeps Parisiis prodiit, quae debetur curae Clementis Hardii [1]). is de fundamento editionis p. 20 dicit, 'ex tribus Bibliothecae Regiae manu scriptis Codicibus' Datorum librum se edidisse, in quibus Zamberti scholia non legerentur. quibus de codicibus adseuerare non audeo, praesertim cum Hardy nullis adminiculis multa addidisse, omisisse, denique mutasse putandus sit; u. praef. eius p. 7. eos suspicor esse codd. Parisinos 2366, 1981, 2347, in quibus scholia illa desunt; de cod. 2366, in quo ante prop. 25 legitur *τμῆμα* $\beta^{\grave{o}\nu}$ *κε΄*· (cfr. Hardy p. 53), uix potest dubitari. sed hoc quidem constat, praecipuum editionis fundamentum esse codicem aliquem ex Vat. deriuatum; u. p. 2, 10 *ἐπέχει*] *ἔχει* Vat., Hardy; p. 12, 24 *καί*] om. Vat., Hardy; p. 22, 16 *καί*] *καὶ γάρ* Vat., Hardy; p. 86, 24 *δύο*] om. Vat., Hardy; ib. *τρίγωνα ἀναγραφῇ*] *ἀναγρ. τρ.* Vat., Hardy; p. 88, 9 *καί* (alt.)] om. Vat., Hardy; p. 92, 12 *ἅ*] *ὡς* Vat., Hardy; item lin. 16; p. 118, 6 *καί*] om. Vat., Hardy; p. 126, 11 *πρὸς ἄλληλα*] om. Vat., Hardy; p. 126, 21 *παραλληλόγραμμον*] *πρός* Vat., om. Hardy; p. 166, 5 *καί* (pr.)] om. Vat., Hardy; p. 168, 10 *καί* — 11 *ἐστιν*] om. Vat., Hardy; p. 180, 19 *συναμφοτέρου*] *-ων* Vat., Hardy. habet autem omnes interpolationes m. 2 illius codicis. interpretationem nouam, ut ait in praef. p. 6, cudere maluit quam recensere uersionem Zamberti, in quo geometriae cognitio paulo maior desideraretur. etiam in Marino cum Vat. m. 2 concordat praeter p. 244, 22, ubi *παντὶ δέ γε ἰδίως ῥᾴδιον* et p. 248, 3, ubi *Ἀρχιμήδης, τοῦ Σερήνου* [2]) *ἐθεώρει ὅτι τέτακται* habet. eadem scholia 'immutatis correctisque iis, quae mutanda corrigendaque' (p. 20) existimauit, Latine praebet, quae apud Zambertum leguntur, praeter nr. 67, 109 et append. nr. 24, 25. atque iidem fere deprehenduntur errores, uelut p. 262, 5; 268, 12. iis locis, qui obscuriores ei uisi sunt, sua 'scholia' adposuit. ex his efficitur, quam sit non multum auctoritatis editioni principi tribuendum.

Hardii interpretationem in propositionibus secutus est Is. Barrow, qui Data 'succincte demonstrata' Latine edidit Osnabrugi 1675 (editionem, quae a. 1659 Londini prodiit, non uidi).

---

1) Editionem a. 1695 non uidi.
2) Hoc ipse correxit ex *Σερείνου* p. 182.

Gregorius, qui Data cum ceteris Euclidis scriptis a. 1703 Oxoniae edidit, in praefatione gloriatur, se 'Graecum textum infinitis in locis ex diuersis codicibus manu scriptis' suppleuisse. in his codicibus Sauilianum Gr. 1 fuisse, colligi licet ex adnotatione p. 489, ubi dicit, demonstrationem alteram prop. 45 in codice Sauiliano non reperiri. et restituit Gregorius primus genuinam scripturam p. 2, 8; u. etiam p. 152, 5. ac ne p. 142, 1 quidem eum puto ullo codice usum esse, etsi, ut nunc uideo, iam Vat. m. 2 correxerat. praeterea non pauca emendauit, quae Hardy uidetur suo consilio peccasse; cfr. p. 48, 12 *τὸ A*] om. Hardy, hab. post *ἔστω* Greg.; p. 142, 1 *λόγος — 4 δοθείς*] ita omissis lin. 2 *παραλληλογράμμου* et *παραλληλόγραμμον* Greg., *τοῦ ΓΜ ἄρα τουτέστι τοῦ AB πρὸς τὸ EH λόγος ἐστὶ δοθείς* Hardy; p. 190, 7 *τό — λόγῳ*] om. Hardy, hab. Greg. attamen non solum temerarias istas interpolationes Vat. m. 2. Hardium secutus editioni suae inseruit, sed etiam errores huius et mutationes multis locis inconsiderate recepit; cfr. p. 114, 11 *παραλληλόγραμμον*] *εὐθύγραμμον* Hardy, Greg.; p. 124, 6 *ἀπό* (pr.)] *ὑπό* Hardy, Greg.; corr. Hardy p. 182, id quod Greg. non uidit. p. 130, 8 *καί ἐστιν ἰσογώνιον*] *ἐπειδήπερ ἰσογώνιόν ἐστι* Hardy, Greg.; p. 158, 10 *δοθεῖσα*] *θέσει* Hardy, Greg.; p. 192, 15 *ἡ ΓB Δ* (alt.)] *ἡ περιφέρεια ΓB* Hardy, Greg.; p. 194, 16 *αὐτάς*] *αὐτούς* Hardy, Greg.; p. 212, 6 *ὑπό*] *ἀπό* Hardy, Greg.; p. 212, 18 *ἐπί*] *πρός* Hardy, Greg.; p. 226, 6 post *EΔ* add. *τῇ θέσει καὶ τῷ μεγέθει* Hardy, Greg.; cum eo omisit p. 22, 3 *ἐπεί — 4 λόγῳ*, p. 106, 17 *περί — 18 ΘEM*, p. 112, 4 *καί — 5 ΓΔ* (pr.), p. 112, 14 *ἡ ὑπό*, p. 150, 19 *ὥστε — 20 δοθείς* alia. quare contendi sane potest, editionis Gregorianae fundamentum, si summam spectes, esse Hardianam. nec minus Hardio nititur in interpretatione, quam se dicit ex Bernardo[1]) emendasse. etiam in Marino Hardium plerumque sequitur, quamquam codex melioris notae ei ad manus fuisse uidetur; adnotat enim in imo mg. ad p. 453, 27 (huius ed. p. 234, 17) *οὕτω γὰρ τὰς εὐθείας γραμμάς*: al. *τὰς ἀκτῖνας καί*; ad p. 455, 18 (240, 23) *ὅπερ καὶ κύριον*: al. *κυρίως*; ad p. 455, 25 (242, 2) *ὃ κατά τινα γιγνωσκόμενον*: al. *ὃ κατά τινα γινωσκόμενον ἀριθμόν*; ad p. 456, 8 (244, 12) *ἐξισάζει ἄλληλα*: al. *ἀλλήλοις*. eidem codici eum, etsi nihil adnotat, debere puto p. 456, 18 (244, 22) *παντί γε διιδεῖν ῥᾴδιον* (*παντὶ δέ γε ἰδίως ῥᾴδιον* Hardy), fortasse etiam p. 454, 31

1) U. uol. V p. CXI.

(238, 11) *περιφέρεια* (*γωνία* Hardy). ipsius coniecturae tribuendum p. 454, 11 (236, 20) *καταδηλώμεθα* (*καταδησώμεθα* Hardy). p. 455, 28 (242, 5) *τούτων* pro *οὕτω* scribi mauult, p. 457, 2 (248, 3) *Ἀρχιμήδους ὁ Σερῆνος* pro *Ἀρχιμήδης τοῦ Σερήνου* iubet; uerba p. 455, 36 (242, 13) *καὶ τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι* delenda censet. ex editione principe (u. p. LVIII) nonnullas scripturas in imo mg. adfert, p. 456, 25 (246, 1) *ὥστε πᾶν ὃ γνώριμον οὐκ ἔστι καὶ πόριμον* recepit.

Sed ea laus Gregorio detrahenda non est, quod ex editione eius Datorum studia in Britannia laetius efflorescere coeperunt. ex interpretationibus Anglicis, de quibus u. Riccardi, Saggio di una bibliografia Euclidea, Bologna 1887, commemoro Simson, The Elements of Euclid ..... the errors, by which Theon, or others, have long ago vitiated these books, are corrected. Also the book of Euclid's Data, in like manner corrected. Edinburgh 1823 [1]). Simson Datorum librum cum statueret per tot saecula multis editorum mendis inquinatum esse hoc effici uoluit, ut ab ea subtilitate, qua ab Euclide sine dubio esset compositus, propius abesset geometriaeque studiosis redderetur utilior. quare ordinem propositionum mutauit, complures addidit, alias omisit, ter binas in singulas coniunxit, unam in duas diuisit, in demonstrationibus uiam ac rationem Euclidis saepe reliquit. in adnotationibus causas illarum mutationum adfert atque errores quosdam Hardii et Gregorii diserte demonstrat. Simsoni interpretationem Germanice expressit I. C. Schwab (Stutgardiae 1780).

De Peyrardi editione Elementorum et Datorum, quae a. 1814—1818 Parisiis tribus uoluminibus Graece Latine Francogallice prodiit, u. p. V et uol. V p. CXIII. Datorum, quae in tertio uolumine editionis insunt, Peyrardus habebat codices quattuordecim, praeter Vat. 190 et Vat. 1038 duodecim Parisinos, quos in praef. uol. I p. XXVIII sq. enumerat. in Datis quoque codice Vat. 190 ita usus est, ut inde multis locis genuinam scripturam restitueret. nec tamen ausus est ex editionis Oxoniensis uinculis liber, ut aiunt, euolare. quo factum est, ut magna pars et interpolationum illarum Vat. m. 2 et errorum Gregorii uel potius Hardii in Peyrardi editionem inrepserit.

---

1) Hac editione equidem usus sum; primum Data Simson Elementis addidisse uidetur in editione a. 1756; u. Riccardi p. 71.

quod omitto exemplis confirmare, cum ipse in appendice conspectum scripturarum editionis suae, cod. Vat. 190, ed. Oxoniensis dederit. de interpretatione Latina in praef. uol. I p. XIV 'mea latina uersio', inquit, 'ad uerbum textui graeco congruit, nisi quid peculiare me coegerit, ut secus facerem'.

Definitiones et 24 primas propositiones Peyrardum secutus edidit Buchbinder, Euclids Porismen u. Data, Naumb. 1866. in adnotationibus eas scripturas cod. Monac. 361 et ed. Oxon. adfert, quae a Peyrardo discrepant.

Germanice Data praeter Schwabium (u. supra) interpretatus est I. F. Wurm (Berol. 1825); ad rem criticam promouendam nihil contulit.

ΔΕΔΟΜΕΝΑ.

Ὅροι.

α′. Δεδομένα τῷ μεγέθει λέγεται χωρία τε καὶ γραμμαὶ καὶ γωνίαι, οἷς δυνάμεθα ἴσα πορίσασθαι.

β′. Λόγος δεδόσθαι λέγεται, ᾧ δυνάμεθα τὸν αὐτὸν πορίσασθαι.

γ′. Εὐθύγραμμα σχήματα τῷ εἴδει δεδόσθαι λέγεται, ὧν αἵ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ κατὰ μίαν καὶ οἱ λόγοι τῶν πλευρῶν πρὸς ἀλλήλας δεδομένοι.

δ′. Τῇ θέσει δεδόσθαι λέγονται σημεῖά τε καὶ γραμμαὶ καὶ γωνίαι, ἃ τὸν αὐτὸν ἀεὶ τόπον ἐπέχει.

ε′. Κύκλος τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ς′. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει κύκλος δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται τὸ μὲν κέντρον τῇ θέσει, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ζ′. Τμήματα κύκλων τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἱ γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῷ μεγέθει.

η′. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει τμήματα δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἵ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ τῷ

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΔΕΔΟΜΕΝΑ P et atr. rubro Vat.; εὐκλείδου δεδομένα v et acc. om. β; εὐκλείδου δεδομένα τῆς θέωνος ἐκδόσεως b. 1. ὅροι] atr. rubro m. rec. Vat., om. Pvβ. numeros om. codd. 4. λόγος δέ β. 7. εἰσίν Pv, comp. Vat. 8. ἀλλήλας] Gregorius, -ους codd. δεδομένοι εἰσί β.

Definitiones.

1. Data magnitudine dicuntur et spatia et lineae et anguli, quibus aequalia comparare possumus.

2. Ratio data esse dicitur, cui eandem comparare possumus.

3. Rectilineae figurae specie datae esse dicuntur, quarum et singuli anguli dati sunt et laterum inter se rationes datae.

4. Positione data esse dicuntur et puncta et lineae et anguli, quae eundem semper locum obtinent.

5. Circulus magnitudine datus esse dicitur, cuius radius datus est magnitudine.

6. Positione autem et magnitudine circulus datus esse dicitur, cuius centrum datum est positione, radius autem magnitudine.

7. Segmenta circulorum magnitudine data esse dicuntur, in quibus anguli dati sunt et bases segmentorum magnitudine.

8. Positione autem et magnitudine segmenta data esse dicuntur, in quibus et anguli dati sunt

---

9. *λέγεται β.* τε] om. *β.* 10. *ἐπέχει*] *ἔχει* Vat. 13. *καί*] supra comp. m. 2 v. 14. *τό*] supra m. 1 v. 17. *ἐν*] om. *β.* *αἱ*] malim cum Theone (*β*a): *αἵ τε.* *εἰσίν* PVat. 19. *τμήματα κύκλων β.* 20. *τῷ*] om. PVat. v.

μεγέθει καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῇ θέσει καὶ τῷ μεγέθει.

θ'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι μεῖζόν ἐστιν, ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν τῷ αὐτῷ ἴσον ᾖ.

ι'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι ἔλασσόν ἐστιν, ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ ὅλον τῷ αὐτῷ ἴσον ᾖ.

ια'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ, ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχῃ δεδομένον.

ιβ'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι ἔλασσόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ, ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ ὅλον πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχῃ δεδομένον.

[*ιγ'. Κατηγμένη ἐστὶν ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου ἐπὶ θέσει εὐθεῖαν ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.*

ιδ'. Ἀνηγμένη ἐστὶν ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου πρὸς θέσει εὐθείᾳ ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.

ιε'. Παρὰ θέσει ἐστὶν ἡ διὰ δεδομένου σημείου θέσει εὐθείᾳ παράλληλος ἀγομένη.]

α'.

Τῶν δεδομένων μεγεθῶν ὁ λόγος ὁ πρὸς ἄλληλα δέδοται.

ἔστω δεδομένα μεγέθη τὰ A, B· λέγω, ὅτι τοῦ A πρὸς τὸ B λόγος ἐστὶ δοθείς.

---

2. *μεγέθει*] seq. in β: *τμήματα κύκλων τῷ εἴδει δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἱ γωνίαι δεδομέναι εἰσί.* 6. *ἔλαττον* Vat. v. 11. *ἔχῃ*] corr. ex *ἔχει* m. 2 v. 12. *ἔλαττον* Vat. v. 13. *τοῦ*] om. β (non a). 16. *εὐθεῖαν ἀγομένη*] *εὐθείᾳ ἡ κατ-* *αγομένη* β. 18. *πρὸς θέσει*] *προσθείσῃ* β (non a). *εὐθείᾳ*]

magnitudine et bases segmentorum positione et magnitudine.

9. Magnitudo magnitudine maior est data, ubi, ablata data, quae relinquitur, eidem aequalis est.

10. Magnitudo magnitudine minor est data, ubi, addita data, totum eidem aequale est.

11. Magnitudo magnitudine maior est data quam in ratione, ubi, ablata data, quae relinquitur ad eandem datam habet rationem.[1])

12. Magnitudo magnitudine minor est data quam in ratione, ubi, addita data, totum ad eandem datam habet rationem.

[13. Deducta est recta, quae a dato puncto ad rectam positione datam ducitur in dato angulo.

14. Erecta est recta, quae a dato puncto in recta positione data ducitur in dato angulo.

15. Ad positione datam est recta, quae per datum punctum rectae positione datae parallela ducitur.][2])

I.

Datarum magnitudinum ratio inter se data est.

datae sint magnitudines *A*, *B*. dico, rationem ipsius *A* ad *B* esse datam.

---

1) u. Hultsch in Pappi edit. uol. I praef. p. XXIV.

2) Deff. 13—15 ab Euclide non usurpantur et a scholiasta Apollonio tribuuntur. cfr. schol. nr. 13.

εὐθεῖαν Vat.v. *ἀναγομένη β*, item lin. 20. 21. *τὸ α′ σχῆμα* in textu, *α′* in mg. *β*. 22. *ὁ* (alt.)] om. *β*. 24. *τὰ δεδομένα* a. *μεγέθει* a. 25. *ἐστίν* P.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ A, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ Γ. πάλιν, ἐπεὶ δεδομένον ἐστὶ τὸ B, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ Δ. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν A τῷ Γ, τὸ δὲ B τῷ Δ, ἔστιν ἄρα ὡς τὸ A πρὸς τὸ Γ, οὕτως τὸ B πρὸς τὸ Δ· ἐναλλὰξ ὡς τὸ A πρὸς τὸ B, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ. τοῦ A ἄρα πρὸς τὸ B λόγος ἐστὶ δοθείς· ὁ αὐτὸς γὰρ αὐτῷ πεπόρισται ὁ τοῦ Γ πρὸς τὸ Δ.

β′.

Ἐὰν δεδομένον μέγεθος πρὸς ἄλλο τι μέγεθος λόγον ἔχῃ δεδομένον, δέδοται καὶ ἐκεῖνο τῷ μεγέθει.

δεδομένον γὰρ μέγεθος τὸ A πρὸς ἄλλο τι μέγεθος τὸ B λόγον ἐχέτω δεδομένον· λέγω, ὅτι δέδοται καὶ τὸ B τῷ μεγέθει.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ A, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ Γ. καὶ ἐπεὶ δέδοται ὁ τοῦ A πρὸς τὸ B λόγος· οὕτως γὰρ ὑπόκειται· δυνατόν ἐστιν αὐτῷ τὸν αὐτὸν πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω ὁ τοῦ Γ πρὸς τὸ Δ λόγος. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ A πρὸς τὸ B, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ A πρὸς τὸ Γ, οὕτως τὸ B πρὸς τὸ Δ. ἴσον δὲ τὸ A τῷ Γ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ B τῷ Δ· δέδοται ἄρα τὸ B μέγεθος· ἴσον γὰρ αὐτῷ πεπόρισται τὸ Δ.

---

1. *ἴσον αὐτῷ* a. 3. *ἐστιν*] om. a. 5. *τῷ* (pr.)] *τό* a. 7. *τοῦ*] *τό* a. 8. *πρὸς τὸ B ἄρα* a. 10. *τὸ β′* in textu, *β′* in marg. *β*, et sic deinceps. 14. *καί*] om. P, add. m. 2 v. 15. *τό*] *τῷ* a. *τῷ* — 16. *A*] supra m. 3 v. 16. *αὐτῷ ἐστιν* a. 18. *οὕτω* P. *οὕτως γὰρ ὑπόκειται*] om. a. 20. *τό*] *τοῦ* a. 21. *ὡς*] add. m. 2 Vat. (item lin. 22), in ras. m. 2 v.

nam quoniam data est magnitudo A, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. com-



paretur et sit Γ. rursus quoniam data est magnitudo B, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [ibid.]. comparetur et sit Δ. iam quoniam $A = \Gamma$ et $B = \Delta$, erit $A : \Gamma = B : \Delta$. permutando [V, 16] $A : B = \Gamma : \Delta$. itaque ratio $A : B$ data est [def. 2]. aequalis enim ei comparata est ratio $\Gamma : \Delta$.

II.

Si data magnitudo ad aliam magnitudinem rationem habet datam, data est etiam illa magnitudine.

data enim magnitudo A ad aliam magnitudinem B rationem habeat datam. dico, datam esse etiam B magnitudine.

nam quoniam data est magnitudo A, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. com-



paretur et sit Γ. et quoniam data est ratio $A : B$ (ita enim supposuimus), fieri potest, ut ratio ei aequalis comparetur [def. 2]. comparetur et sit ratio $\Gamma : \Delta$. et quoniam est $A : B = \Gamma : \Delta$, permutando [V, 16] erit $A : \Gamma = B : \Delta$. uerum $A = \Gamma$. quare etiam $B = \Delta$ [V, 14]. ergo data est magnitudo B [def. 1]. aequalis enim ei comparata est Δ.

---

22. ἄρα ἐστίν] om. a. 23. τό (pr.)] τᾷ Vat. καί] om. Vat.

γ′.

Ἐὰν δεδομένα μεγέθη ὁποσαοῦν συντεθῇ, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν συγκείμενον δεδομένον ἔσται.

συγκείσθω γὰρ ὁποσαοῦν δεδομένα μεγέθη τὰ AB, BΓ· λέγω, ὅτι καὶ τὸ ἐκ τῶν AB, BΓ συγκείμενον τὸ AΓ δεδομένον ἐστίν.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ AB, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ ΔE. πάλιν, ἐπεὶ δέδοται τὸ BΓ, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ EZ. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν AB τῷ ΔE, τὸ δὲ BΓ τῷ EZ, ὅλον ἄρα τὸ AΓ ὅλῳ τῷ ΔZ ἐστιν ἴσον· δέδοται ἄρα τὸ AΓ· ἴσον γὰρ αὐτῷ πεπόρισται τὸ ΔZ.

δ′.

Ἐὰν ἀπὸ δεδομένου μεγέθους δεδομένον μέγεθος ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν δεδομένον ἔσται.

ἀπὸ γὰρ δεδομένου μεγέθους τοῦ AB δεδομένον μέγεθος ἀφῃρήσθω τὸ AΓ· λέγω, ὅτι τὸ λοιπὸν τὸ ΓB δεδομένον ἐστίν.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ AB, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ ΔZ. πάλιν, ἐπεὶ δέδοται τὸ AΓ, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἴσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ ΔE. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν AB τῷ ΔZ, τὸ δὲ AΓ τῷ ΔE, λοιπὸν ἄρα τὸ

---

3. ἔσται] add. m. 2 Vat. 4. δεδομένα ὁποσαοῦν a. τά] τό a. 5. καί — BΓ] om. a. τῶν] τοῦ Vat. 10. ἐστιν P. 12. ἴσον ἐστίν a. 13. τό] τῷ a. 17. τοῦ] τῶν a. 20. δέδοται] τοτε a. 24. ΔZ] corr. ex AZ m. 2 Vat. ΔE] AE a.

III.

Si quotlibet magnitudines datae componuntur, etiam magnitudo ex iis composita data erit.

componantur enim quotlibet magnitudines datae AB, $B\Gamma$. dico, etiam magnitudinem $A\Gamma$ ex AB, $B\Gamma$ compositam datam esse.

nam quoniam data est magnitudo AB, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit ΔE. rursus quoniam data est magnitudo $B\Gamma$, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit EZ. iam quoniam $AB = \Delta E$ et $B\Gamma = EZ$, totum $A\Gamma$ toti ΔZ aequale erit [$\kappa.\ \kappa\text{ο}\iota\nu\alpha\grave{\iota}\ \grave{\epsilon}\nu\nu.$ 2]. itaque data est magnitudo $A\Gamma$ [def. 1]. aequalis enim ei comparata est magnitudo ΔZ.



IV.

Si a data magnitudine data magnitudo aufertur, reliqua data erit.

nam a data magnitudine AB data magnitudo $A\Gamma$ auferatur. dico, reliquam ΓB datam esse.

nam quoniam data est magnitudo AB, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit ΔZ. rursus quoniam data est magnitudo $A\Gamma$, fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit ΔE. iam quoniam $AB = \Delta Z$ et $A\Gamma = \Delta E$, reliqua magnitudo ΓB reliquae EZ aequalis erit [$\kappa.\ \kappa\text{ο}\iota\nu\alpha\grave{\iota}\ \grave{\epsilon}\nu\nu.$ 3]. itaque data est



ΒΓ λοιπῷ τῷ ΕΖ ἐστιν ἴσον· δέδοται ἄρα το ΒΓ· ἴσον γὰρ αὐτῷ πεπόρισται τὸ ΕΖ.

ε′.

Ἐὰν μέγεθος πρὸς ἑαυτοῦ τι μέρος λόγον ἔχῃ δεδομένον, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν λόγον ἕξει δεδομένον.

μέγεθος γὰρ τὸ ΑΒ πρὸς ἑαυτοῦ τι μέρος τὸ ΑΓ λόγον ἐχέτω δεδομένον· λέγω, ὅτι καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν τὸ ΒΓ λόγον ἔχει δεδομένον.

